

# Lectionary Reform at the Second Vatican Council

The Latin Text of the Interventions of the Council Fathers  
Regarding *Sacrosanctum Concilium* 51, 24 and 35

Compiled by Matthew Hazell, M.A.

MMXV

## Contents

<b>Introduction</b>	<b>4</b>
<b>Interventions regarding <i>Sacrosanctum Concilium</i> 51</b>	<b>5</b>
General Congregation IV, 22 Oct 1962	
<i>Schema constitutionis De sacra Liturgia</i> (n. 38)	5
General Congregation X, 30 Oct 1962	
H.E. Augustin Cardinal Bea, S.J.	5
Most Rev. Custodio Alvim Pereira	5
Most Rev. Stanislaus Lokuang	5
Most Rev. Paulus Rusch	6
Most Rev. Karmelo Zazjnović	6
Most Rev. Bernhard Stein	7
General Congregation XII, 5 Nov 1962	
Most Rev. André Perraudin, M. Afr.	7
Most Rev. Agostinho Joaquim Lopes de Moura, C.S.Sp.	8
Written submissions on ch. II of the schema <i>De sacra Liturgia</i>	
Most Rev. Pedro Arnoldo Aparicio y Quintanilla, S.D.B.	9
Most Rev. Marino Bergonzini	9
Most Rev. Raphaël Bidawid	9
Most Rev. Joseph Fady, M. Afr.	9
Most Rev. Charles Heerey, C.S.Sp.	10
Most Rev. Simon Konrad (Josef) Landersdorfer, O.S.B.	10
Most Rev. Sergius Méndez Arceo	10
Most Rev. Eduard Nécsey	10
Most Rev. Dragutin Nežić	10
Most Rev. Alexandros Scandar	11
Most Rev. José Souto Vizoso	11
Most Rev. Cesar Gerardo Maria Vielmo Guerra, O.S.M.	11
Most Rev. Antonio Gregorio Vuccino, A.A.	11
General Congregation XLIII, 8 Oct 1963	
<i>Textus Schematis</i>	12
Most Rev. Jesús Enciso Viana	12
General Congregation LXXI, 20 Nov 1963	
Most Rev. Jesús Enciso Viana	12
<i>Intervention of the moderator and general secretary</i>	13
<b>Interventions regarding <i>Sacrosanctum Concilium</i> 24</b>	<b>14</b>
General Congregation IV, 22 Oct 1962	
<i>Schema constitutionis De sacra Liturgia</i> (n. 19)	14
General Congregation VIII, 27 Oct 1962	
Most Rev. Henry Jenny	14
Most Rev. Gerardus Vielmo	15
Written submissions on ch. I of the schema <i>De sacra Liturgia</i>	
H.E. Raúl Cardinal Silva Henríquez	15
Most Rev. Sergius Méndez Arceo	15
General Congregation XXXIV, 5 Dec 1962	
<i>Textus Schematis</i>	16
<i>Relatio</i> : Most Rev. Karel Justinus Calewaert	16
Written submissions on <i>De sac. Lit.</i> made after the 1st session	
Most Rev. Garabed Amadouni	17

<b>Interventions regarding <i>Sacrosanctum Concilium</i> 35</b>	<b>18</b>
General Congregation IV, 22 Oct 1962	
<i>Schema constitutionis De sacra Liturgia</i> (n. 25)	18
General Congregation V, 23 Oct 1962	
<i>H.E. Michael Cardinal Browne, O.P.</i>	19
General Congregation VIII, 27 Oct 1962	
<i>Most Rev. Henry Jenny</i>	19
<i>Most Rev. Jorge Kémérer</i>	19
<i>Most Rev. Alberto Devoto</i>	20
Written submissions on ch. I of the schema <i>De sacra Liturgia</i>	
<i>Very Rev. Agostino S�epinski, O.F.M.</i>	20
General Congregation XXXIV, 5 Dec 1962	
<i>Textus Schematis</i>	20
<i>Relatio: Most Rev. Karel Justinus Calewaert</i>	22
Written submissions on <i>De sac. Lit.</i> made after the 1st session	
<i>Most Rev. Garabed Amadouni</i>	22
<i>Most Rev. Vicente Enrique y Taranc�on</i>	23
General Congregation LXIX, 18 Nov 1963	
<i>Relatio: Most Rev. Joseph Albertus Martin</i>	23
<i>Intervention of the moderator and general secretary</i>	23

### Abbreviations

AS I/1	<i>Acta Synodalia Sacrosancti Concilii Oecumenici Vaticani II. Volumen I: Periodus Prima. Pars I: Sessio Publica I, Congregationes Generales I-IX</i> (Typis Polyglottis Vaticanis, 1970)
AS I/2	<i>Acta Synodalia Sacrosancti Concilii Oecumenici Vaticani II. Volumen I: Periodus Prima. Pars II: Congregationes Generales X-XVIII</i> (Typis Polyglottis Vaticanis, 1970)
AS I/4	<i>Acta Synodalia Sacrosancti Concilii Oecumenici Vaticani II. Volumen I: Periodus Prima. Pars IV: Congregationes Generales XXXI-XXXVI</i> (Typis Polyglottis Vaticanis, 1971)
AS II/2	<i>Acta Synodalia Sacrosancti Concilii Oecumenici Vaticani II. Volumen II: Periodus Secunda. Pars II: Congregationes Generales XL-XLIX</i> (Typis Polyglottis Vaticanis, 1972)
AS II/5	<i>Acta Synodalia Sacrosancti Concilii Oecumenici Vaticani II. Volumen II: Periodus Secunda. Pars V: Congregationes Generales LXV-LXXIII</i> (Typis Polyglottis Vaticanis, 1973)

## Introduction

This document is a compilation of the spoken and written interventions made by the Fathers of the Second Vatican Council (1962-1965) regarding three sections of *Sacrosanctum Concilium*: no. 51, which asks for a “more representative portion of the holy scriptures” to be read at Mass over “the course of a prescribed number of years”; no. 24, which says that scripture is “of the greatest importance” in the liturgy and that a “warm and living love of scripture” is essential to achieve the proposed liturgical reforms; and finally no. 35, which says that there is to be “more varied and suitable” reading from scripture in sacred celebrations, and gives some general norms for the homily, commentary in the liturgy, and “Bible services”.

*Sacrosanctum Concilium* was solemnly promulgated by Pope Paul VI at the end of the second session of the Council, on 4 Dec 1963 (along with *Inter Mirifica*), so all the interventions compiled here are from the first and second sessions. The interventions are organised chronologically within the relevant paragraphs, starting with *SC* 51. With the spoken interventions, it should be noted that because of the ten minute time limit for speeches imposed very early on in the first session of the Council, sometimes a Father would deviate from the written text he had submitted to the secretariat, or have to skip portions of his text because he was about to be cut off by the moderator. In these cases, the *Acta Synodalia* includes the prepared text after what was actually spoken, under the heading *In textu scripto tradito*; these have been included where necessary in this compilation.

With regard to the post-conciliar reform of the lectionary specifically, the Fathers’ comments on *SC* 51 are obviously the most pertinent. For what ended up being such a break with the liturgical tradition, this paragraph does not appear to have been particularly controversial for the Fathers at the time. Other paragraphs of *SC*, such as those dealing with the revision of the *Ordo Missae* and the use of vernacular languages in the liturgy (e.g. nos. 36, 50 and 54), understandably garnered far more attention and discussion.

The Fathers’ interventions on *SC* 24 and 35 have also been included here because they give some insight as to their thoughts about the relationship between the scriptures and the Mass, which subsequently helps to situate their interventions on *SC* 51.

The 26 volumes of the *Acta Synodalia* are vital material for those who want to begin to really understand the minds of the Council Fathers as they discussed the documents of Vatican II. Indeed, in an ideal world, the *Acta* would be the first port of call for anyone who wanted to know more about the Council. Sadly, not many libraries seem to have them, they are pretty expensive to purchase, and the vast majority of the text is in Latin, so they remain rather inaccessible. To help make these volumes better known, it is my eventual aim to make this compilation of interventions available in a parallel English translation for those who do not know Latin. That will, however, take time, so I have decided to publish the text of the original interventions on my “Lectionary Study Aids” blog (<http://catholiclectionary.blogspot.co.uk/>) for the immediate benefit of those who are more comfortable with the Latin language.

M.P. Hazell  
22 February 2015  
1st Sunday of Lent

## INTERVENTIONS REGARDING *SACROSANCTUM CONCILIUM* 51

### General Congregation IV, 22 Oct 1962 (*ASI/1*, pp. 259-339)

1. Schema constitutionis de sacra Liturgia, n. 38<sup>a</sup> (*AS I/1*, pp. 262-303)

[p. 279] 38. [*Lectioes in Missa*]. Ut fidelibus cum mensa eucharistica etiam ditior mensa verbi Dei pareatur,<sup>3</sup> thesauri biblici largius aperiantur,<sup>4</sup> ita ut, decursu plurium annorum, praestantior pars Scripturarum sanctarum populo praelegatur.<sup>5</sup>

38. [Readings at Mass]. In order that a richer fare may be provided for the faithful at the table of God's word together with the eucharistic table,<sup>3</sup> the treasures of the bible are to be opened up more lavishly,<sup>4</sup> so that, through the running of more years, a more representative part of the sacred Scriptures will be read before the people.<sup>5</sup>

<sup>3</sup> Cf. *De imitatione Christi*, IV, 11.

<sup>4</sup> Cf. PIUS XII, Litt. Encycl. *Divino afflante Spiritu*, 30 sept. 1943: AAS 35 (1943) p. 324.

<sup>5</sup> Cf. *Acta et Documenta*, l. c. pp. 264-270.

### General Congregation X, 30 Oct 1962 (*ASI/2*, pp. 9-52)

6. H.E. Augustin Cardinal Bea, S.J. (*AS I/2*, pp. 22-26)

[p. 23] De mutandis pericopis. Fortasse iuvat explicite dicere ut decursu plurium annorum « mutatis pericopis », praestantior fiat.

10. Most Rev. Custodio Alvim Pereira, archbishop of Lourenço Marques, Mozambique (*AS I/2*, pp. 32-33)

[p. 32] Ad n. 38, pag. 175. Laudandum et approbandum est propter rationes ibi allatas. Non enim intelligitur cur, singulis annis, eadem pericopae populo legantur, et obliviscantur perdivites alias partes, praesertim IV Evangelii et aliorum librorum Novi Testamenti in Epistola. Posset Conferentia episcopalis pro singulis regionibus, et determinato tempore, rem statuere.

11. Most Rev. Stanislaus Lokuang, bishop of Tainan, Taiwan (*AS I/2*, pp. 33-34)

[p. 34] Propterea corrigendum est id quod dicitur in n. 38, scilicet: « ita ut decursu plurium annorum, praestantior pars Scripturarum sanctarum populo praelegatur ». Verba « plurium annorum » mutanda sunt in « unius anni »; secus deberemus habere vel plura volumina Missalis vel unum volumen valde voluminosum. Unum vel aliud est semper incommodum et valde difficile pro missionibus.

---

<sup>a</sup> English translation slightly adapted from the official Vatican English translation of *SC*.

12. Most Rev. Paulus Rusch, titular bishop of Meloë in Isauria,  
apostolic admin. of Innsbruck-Feldkirch, Austria

(AS I/2, pp. 35-37)

[p. 35] *Ad secundum*. Lectiones Sacrae Scripturae, sub n. 38.

[p. 36] Noster ordo sacrarum lectionum est praesertim in Missali valde incompletus. Populus totam Scripturam numquam audit, immo ne totum Novum Testamentum quidem. Multi fideles dicere solent: scimus iam antea, quid parochus noster ex. gr. in Dominica XX post Pentecosten praedicaturus sit. Idem Evangelium, fere eadem praedicatio! Unde sequitur hoc modo fidelibus thesauro Sacrae Scripturae non sufficientur aperiri, immo, quod peius est, in eis vel taedium gigni, quia omnia iam antea sciebant. Quare iterum pergratum est quod in schemate sub hoc numero dicitur, lectiones in Missa dilatandas esse, « ita ut, decursu plurium annorum, praestantior pars Scripturarum sanctarum populo praelegatur ». Per talem agendi modum et Scriptura plene aperitur et concio ditatur, quod nostris temporibus maximi est momenti.

Nec hisce aliquid novi introducit. Ex textibus enim Patrum, praesertim S. Augustini constat, tunc temporis iam hunc ordinem viguisse. Plures enim Patres totos Scripturae libros ideo in scriptis explicaverunt, quia lectione continua in Missae celebratione praelegebantur.

*Ad difficultates ex diversitate gentium oriundas recommendare volui Conferentias episcoporum. Cum autem de hac re iam plures locuti sunt, praesertim hodie card. Gracias iam optime disseruerit, haec praetermitto.\**  
 Dixi.

\* [p. 37, *In textu scripto tradito*] Ad difficultates autem quae oriri possunt, quia una regio prae alia habet indigentias, e.g. una populatio est exulta, altera quasi rudis, una habet linguam perfecte expolitam et magnae extensionis, altera quasi incultam et parvae extensionis, unus populus est in libertate, alter in persecutione constitutus, unus de cultura occidentali et latina, alter de cultura orientali, puta apud Indos vel Sinensis; ad hasce difficultates superandas dicendum est: in medio praesertim aevo vigeat ordo primatialis, i.e. maioribus nationibus dabantur archiepiscopi primates, e.g. Primas Galliae vel Germaniae, qui prout indigentia nationis id postulabat, magna iura habebant et exercebant. Ergo vel hic ordo restaurandas est vel, si hoc minus placuerit, conferentiae episcopales, quorum momentum de die in diem crescit, de iure agnoscendae sunt, quibus dein ius detur ultimam applicationem in re liturgica, Sancta Sede approbante, statuere. Neve Codex Iuris Canonici impedimento sit, cum Papa noster Ioannes XXIII feliciter regnans iam dixerit, etiam in iure canonico aliqua esse mutanda. Et hac ratione et hoc modo agendi difficultates omnes solvi posse videantur.

15. Most Rev. Karmelo Zazinović, titular bishop of Lebessus,  
auxiliary bishop of Krk (Veglia), Croatia

(AS I/2, pp. 41-42)

[p. 41] In art. 38 huius capituli, desiderium panditur de praelegendo, desurcu plurium annorum, praestantiore parte Sacrae Scripturae fidelibus Sanctae Missae assistentibus. Haec propositio mihi valde placet. Attamen non sat clarum apparat, utrum de lectionibus in Missis festivis tantum an etiam de lectionibus in Missis ferialibus agatur. Submissam sententiam meam hoc modo proferam. Permulti fideles non solum diebus festivis, sed etiam diebus ferialibus S. Missae intersunt, speciatim tempore Quadragesimae, Adventus, mense Maio, Missis vespertinis, et similibus occasionibus. Has occasiones non praetermittendas esse existimo a sacerdotibus in cura pastorali positis, praesertim in regionibus nostris ubi inimici Dei maxime verbum Domini timent, ubi pastoribus ecclesia tantum sola remansit pro instructione doctrinae catholicae facienda et mensa verbi Dei paranda. Liceat episcopo ergo, commendare pastoribus gregis sui christiani, non tantum diebus festivis, sed etiam ferialibus quando celebratur Missa cum concursu maiore populi, lectiones in lingua vernacula fidelibus perlegere—non autem e. gr. semper repetendo illas de dominica praecedenti, sed, pro posse, continuatim ex libro Sacrae Scripturae illo anni liturgici tempore maxime convenienti et ab auctoritate ecclesiastica competenti adprobato. Thesauri biblici hoc modo, ni fallor, cum gaudio et utilitate spirituali pro multis fidelibus largius aperientur.

22. Most Rev. Bernhard Stein, titular bishop of Dagnum,  
auxiliary bishop of Trier, Germany

(AS I/2, pp. 49-51)

[p. 49] Ad artt. 38 et 39, pag. 175, liceat mihi, illis argumentis quae iam allata sunt, haec pauca addere.

Ad Liturgiam sub respectu pastorali instaurandam prae oculis haberi [p. 50] debet non sola mensa eucharistica, sed etiam « mensa verbi Dei ». Ratio est, quia, sicut dicit Pius XII in Litteris Encyclicis *Mediator Dei*, actio liturgica Ecclesiae non comprehendit solum sacrificium eucharisticum et communem orationem, sed etiam lectiones et homiliam seu praedicationem (cfr. *A.A.S.* 39 [1947], pag. 529).

Reapse structurae Missae hodierna, scilicet lectio Sacrae Scripturae—homilia—sacrificium eucharisticum, ab ipso Domino in Cena ultima quodammodo introducta et ab Apostolis observata (cf. *Act.* 20, 7-12), iam invenitur descripta in Apologia I S. Iustini Martyris (*PG* 6, 429). Postquam S. Pius X cunctis fidelibus faciliorem reddidit participationem mensae caelestis et inde valde succrevit pietas eucharistica, optatur nunc, ut etiam « mensa verbi Dei » ditior Missae adstantibus praebeatur.

Libri sacri non quidem sunt sacramenta. Tamen, sicuti dixit em.mus card. Bea in conventu liturgico-pastorali Assisiensi, effectum salutarem nanciscuntur non solum ex opere operantis Ecclesiae, sed ex seipsis, dummodo recte legantur et declarentur; et hoc ideo, quia non solum continent verbum Dei—id quod dici potest etiam de aliis libris, v. g. de catechismo—sed vi inspirationis divinae *sunt* verbum Dei. Quapropter de sacris libris valet quod dicitur in epistula ad Hebraeos: « Vivus est enim sermo Dei, et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti; et pertingens usque ad divisionem animae ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, et discretor cogitationum et intentionum cordis » (*Hebr.* 4, 12).

Quae efficacia specialis verbi Dei valde augetur interno et mystico suo nexu cum sacrificio eucharistico, quatenus ad conficiendum sacrificium eucharisticum iam requiritur, ut ipsum verbum Domini annuntietur et proferatur.

Pericopae epistolarum et Evangeliorum, quae per anni circulum fidelibus proclamantur, minimam partem thesaurorum, qui in libris sacris continentur, communicant. Quam rem animarum pastores valde dolent, cum saepe saepius in Missa tantum fidelibus occasio praebeatur audiendi verbum Dei.

Modi, quibus abundantior communicatio divini verbi fieri possit, a peritis in periodicis diversis proponuntur. Ex quibus patefit nullam adesse difficultatem practicam articulum 38, prout in schemate est, in praxim deducendi. Commissio executiva secure opus perficere poterit. Ergo, sicut em.mi card. Schuster et Faulhaber necnon multi alii dignissimi pastores animarum, tam ex Ecclesiis antiquis quam ex nuper erectis, id saepissime atque instantissime petierunt, etiam ego cum tot aliis enixe rogo, ut art. 38 huius schematis a Concilio affirmetur.

[p. 51] Certus sum, quod ditioze usu verbi Dei non solum fideles attentius auscultabunt, sed etiam praedicatores in Missa facilius necnon fructuosius munere suo fungentur. Dixi.

**General Congregation XII, 5 Nov 1962  
(AS I/2, pp. 105-146)**

10. Most Rev. André Perraudin, M. Afr.,  
archbishop of Kabgayi, Rwanda

(AS I/2, pp. 122-123)

[p. 122] 1. Relate ad nn. 37, 38 et 39 cap. II schematis de Liturgia. Liturgia verbi intra Missae celebrationem practice est quasi unicus modus quo adhuc instruuntur fideles, praesertim adulti. Ergo hoc modo fideles totam doctrinam christianam discere debent. Hanc ob rem,

Liturgia verbi intra Missae celebrationem praestare locum debet ad docendum totam doctrinam christianam.

Hac ratione petimus ut Missali Romano inserantur lectiones Sacrae Scripturae aptae ad hunc finem obtinendum. Haec instructio pertrahi [p. 123] posset per spatium duorum vel trium annorum, salva tamen historia salutis, in primis ea qua commemoratur Incarnatio, Passio, Resurrectio et Ascensio Domini Nostri Iesu Christi, nec non Adventus Spiritus Sancti et Eschatologia.

12. Most Rev. Agostinho Joaquim Lopes de Moura, C.S.Sp.,  
bishop of Portalegre-Castelo Branco, Portugal

(AS I/2, pp. 125-126)

[p. 125] Ad cap. II, n. 38: *Lectiones in Missa*. Magna cum reverentia prosequens mentem illorum qui hunc textum vel confecerunt vel adprobaverunt, tamen, mea humili sententia, non videtur undequaque placere.

Etenim praestantior pars Scripturarum legenda populo proponitur, quin talis praestantia prae oculis habenda sit in textibus seligendis, aliqua ratione declaretur, immo definiatur.

[p. 126] Omnes nos noscimus S. Paulum iudicavisse se aliquid scire inter Corinthios nisi Iesum Christum et hunc crucifixum (*I Cor. 2, 2*), quem sacrificio Missae praesentem, sese Deo Patri offerentem « pro nostra omniumque salute », unanimiter credimus. Ita etiam pro hominibus quibuscumque, in hoc mundo qualibet conditione degentibus, qui omnes, sciant val nesciant, viatores sunt mansionem Patris petituri, nonne Christus ipse unice est pro omnibus via, veritas, vita?

Igitur seligendi videntur textus in quibus via ad Patrem apprime demonstratur, v. g. parabola de filio prodigo et de divite et Lazaro; colloquium Christi cum Nicodemo, ordimen supernaturalem innuens; cum muliere adultera et Zachaeo, misericordiam extollens; cum Samaritana, oecumenismo favens; necnon colloquium de iudicio finali habiturum, etc.—quae omnia, incredibile dictu, in Missa dominicali usque adhuc omnino desiderantur.

Veritas et vita cum Christus sit, etiam et simul, et S. Paulus confiteatur: « Si habuero prophetiam et noverim mysteria omnia et omnem scientiam..., caritatem autem non habuero, nihil sum », praestabit innuere quod selectio textuum aggredienda vere theologica sit, i. e. respiciat in omnibus finem a Christo sibi, et nobis consequentur, propositum: « Ego veni ut vitam habeant et abundantius habeant ».

Haec omnia redundantia mihi visa non sunt eo vel magis quia, hisce praesertim temporibus, conatus fiunt ut textus Scripturarum ita diabolicis interpretentur insidiis ut illationes etiam atheismum redolentes exsecrando ausu deducantur.

Quibus omnibus perpensis, iuvat proponere ut textus sub n. 38 sic, plus minusve, redactum iri: « Ut fidelibus cum mensa eucharistica etiam ditior mensa verbi Dei paretur, divitiae Sacrae Scripturae ita seligantur ac distribuantur ut: 1) primatum teneant quae Christum Dominum—viam, veritatem, vitam—vel praefigurant vel demonstrant; 2) communi auditorum ingenio ad amussim accommodentur; 3) singulis annis pabulum integrum necnon stimuli efficaces sive ad gratiam augendam sive ad conversionem peragendam omnibus largiantur ». Dixi.



**Animadversiones Scriptae Exhibitae,  
quoad cap. II schematis de s. Liturgia  
(AS I/2, pp. 195-287)**

(Huiusmodi textus lecta non sunt, quia patres vel, scripto exhibitio, loqui non petierunt, vel iuri loquendi renuntiaverunt, vel demum disceptatio clausa est.)

5. Most Rev. Pedro Arnaldo Aparicio y Quintanilla, S.D.B.,  
bishop of San Vicente, El Salvador (AS I/2, p. 199)

*Ad Sanctam Missam.* [...]

2. Ut evangelia genealogiae et epistolae nimis longae supprimantur.

11. Most Rev. Marino Bergonzini, bishop of Volterra, Italy (AS I/2, pp. 205-206)

[p. 205] I. De lectionibus in Missa (pag. 175, n. 38). Sacrosancti Concilii voluntas de lectionibus Missae recognoscendis, valde probanda est.

[p. 206] Curandam tamen est ut quaevis pericopa novo missali inserenda, plenum habeat logicum et historicum sensum, ita ut minime indigeat explicari extrinsecis rationibus vel adiumentis.

Item curandum est ut lectiones, in novo et ampliori cyclo recitandae, tanta eligantur diligentia et sapientia, ut, cyclo expleto, integra doctrinae christianae summa fidelibus tradita sit.

12. Most Rev. Raphaël Bidawid, bishop of  
Amadiyah (Chaldean), Iraq (AS I/2, pp. 206-208)

[p. 207] 2. Ad nn. 38 et 39. Antiquae Synodi, praesertim Synodus anni 410 et altera anni 544 Ecclesiae orientis, statuerunt, quavis die dominica, lectiones ex Sacra Scriptura et praedicationem fieri debere.<sup>4</sup> Quare, homilia, ad mentem nostrorum sanctorum Patrum, potius imponenda quam simpliciter commendanda est, diebus dominicis et festis de praecepto. Haec quoque est mens nostra, qui a Christo Domino in mundum missi sumus, ad homines docendos et instruendos in via salutis aeternae, priusquam eis sacramenta administremus: « Euntes... docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».<sup>5</sup> Hoc autem valet praesertim hodie, quum praedicatio intra Missam unica fere sit occasio pluribus fidelibus scientia salutis sese instruendi.

<sup>4</sup> Synodus Isaaci Catholici, apud Chabot, Synodicon Orientale, can. IX, pag. 266; can. XIII, pag. 267. Synodus Mar Aba Catholici, ibid., can. XXV, pag. 559.

<sup>5</sup> *Matth.*, XXVIII, 19.

28. Most Rev. Joseph Fady, M. Afr., bishop of Lilongwe, Malawi (AS I/2, p. 222)

Ad n. 38: *De lectionibus in Missa.* Diebus dominicis optima nobis opportunitas datur fidelibus et catechumenis claram, accuratam et completam catechesim impertiendi, dummodo praestantiores Scripturae Sacrae textus ita eligantur ut in Introitu, Collecta, Epistula et Evangelio uniuscuiusque Missae dominicae de una eademque materia tractetur.

Perfectum exemplum habemus in festivitate Ascensionis Domini, in qua Introitus, Collecta, Epistula necnon Evangelium intime inter sese connexa sunt, et homilia ex textibus sacris quasi naturaliter profluit.

Materia melius disponenda est praesertim in dominicis Adventus et post Pentecostes, in quibus nexus inter Epistulam et Evangelium vix inveniri potest.

Etiam quod de hac re exc. mus Dominus Perraudin dixit, approbo et corroboro.

Insuper censeo tales oportere textus afferre qui devotionem erga Ecclesiam, Corpus Mysticum Christi, fovere et augere queant.

42. Most Rev. Charles Heerey, C.S.Sp., (AS I/2, pp. 235-236)  
archbishop of Onitsha, Nigeria

[p. 235] Ad n. 38. Lectiones, quae devotionem populi minime fovent, exempli gratia, historiae Susannae et supplantationis Esau et Iacob, auferri et aptiores substitui deberent.

51. Most Rev. Simon Konrad (Josef) Landersdorfer, O.S.B., (AS I/2, pp. 243-245)  
bishop of Passau, Germany

[p. 244] Etiam eis, quae dicta sunt de lectionibus sacris et de homilia in nn. 38 et 39 ex corde assentio. Regrediunter ad antiquissimam Ecclesiae Romanae consuetudinem, quae tempore S. Gregorii Magni in evangeliario suo pericopas posuit non pro die dominica tantum, sed etiam pro feria 4, feria 6 et pro sabbato. Quodsi renovaretur venerabilis illa traditio quoad evangelium et epistolam, omnes fere partes, praestantiores Novi Testamenti annuntiarentur fidelibus et mensa verbi eis praepararetur vere ditissima.

57. Most Rev. Sergius Méndez Arceo, (AS I/2, pp. 251-254)  
bishop of Cuernavaca, Mexico

[p. 251] Placet item n. 38.

60. Most Rev. Eduard Nécsey, titular bishop of Velicia, (AS I/2, pp. 256-257)  
apostolic admin. of Nitra, Slovakia

[p. 256] 1. Ad n. 38: pericopae S. Scripturae, lectio et evangelium in Missis lectis adstante populo legantur semel tantum et quidem lingua vernacula et dein sequatur homilia. In Missis solemnibus iuxta nunc vigentes rubricas lectio a subdiacono legitur et evangelium a diacono canitur, quin ea prius celebrans submissa voce legisset. Ex eadem ratione pastoralis posset lectio pericoparum in lingua latina in Missis lectis in praesentia populi fidelis celebratis a celebrante omitti.

61. Most Rev. Dragutin Nežić, bishop of (AS I/2, pp. 257-258)  
Poreč i Pula, Croatia

[p. 257] Pag. 175, ad n. 38. Lectiones *SS. Scripturarum in Missis* (Epistolae et Evangelia) non solummodo per cyclos 2-3 annorum repetendae sunt, sed potius elenchus proprius et semper novus per modum Directorii liturgici omni anno publici iuris fiat.

75. Most Rev. Alexandros Scandar, bishop of Lycopolis (Coptic), Egypt

(AS I/2, pp. 269-270)

[p. 269] Quasdam habeo animadversiones circa cap. II huius schematis quod mihi valde placet utpote magis consonat antiquae traditioni et usibus in Ecclesia nostra Alexandrina (filia Romae) adhuc vigentibus.

In primis, quoad lectiones in Missa ad n. 38 optimum duco id quod proponitur ut ordo lectionum ita in Ecclesia Latina reformetur, ut praestantior pars scripturarum sanctarum populo, decursu plurium annorum, perlegatur. Etenim in ritu nostro coptico, multae fiunt lectiones tam in Missa quam in aliis officiis et in sacramentorum administratione. In Missa solemniori, praeter Evangelium, habentur tres aliae lectiones ex Novo Testamento: prima ex Epistolis Paulinis, altera ex Epistolis Catholicis et tertia ex Actibus Apostolorum. In Officio Thuris tam vespertino quam matutino legitur Evangelium. Tempore Quadragesimali leguntur per plurimae prophetiae, hebdomada sancta multae prophetiae et Evangelia leguntur. Fideles nostri libenter audiunt lectiones eorumque interpretationis quae in ipsis libris liturgicis inveniuntur. Hoc modo et his mediis fides roboratur. Et si hodie habentur in Aegypto circa quinque milliones christianorum, non obstantibus persecutionibus omnis generis, decursu saeculorum habitis, hoc maxima ex parte debetur instructionibus ab ipso ritu liturgico exhibitis.

81. Most Rev. José Souto Vizoso, bishop of Palencia, Spain

(AS I/2, pp. 274-275)

[p. 274] 2. Ad n. 38 in eadem pag., *de lectionibus in Missa*. Ut thesauri biblici magis aperiantur fidelibus, opportuna mihi videtur restauratio pristini moris, iuxta quam in Missa, in liturgia verbi, tres lectiones Sacrae Scripturae legebantur aut cantabantur, nempe prima ex Veteri Testamento, secunda ex Epistolis Apostolicis, tertia ex Sancto Evangelio.

87. Most Rev. Cesar Gerardo Maria Vielmo Guerra, O.S.M., titular bishop of Ariassus, vicar apostolic of Aysén, Chile

(AS I/2, pp. 279-28)

[p. 281] f) Lectiones ex Vetere vel Novo Testamento omnino servantur; immo, fere omnibus fatentibus, ob rationes praesertim pastorales, melius seligantur et abundantiores sint quam nunc. [...]

h) Lectiones ex Evangelio eo modo seligantur atque proponantur quo superius, pro aliis biblicis lectionibus, dictum est.

88. Most Rev. Antonio Gregorio Vuccino, A.A., titular archbishop of Aprus

(AS I/2, pp. 285-286)

[p. 286] N. 38. (*Lectiones in Missa*). Post ultimum verbum « praelegatur » potest adungi: « *Ad libidinosas inventiones praecavendas pertinet ad Ordinarium huiusmodi lectiones rite ordinare* ».

**General Congregation XLIII, 8 Oct 1963**  
(AS II/2, pp. 275-338)

3. Textus Schematis

(AS II/2, pp. 283-289)

[p. 284] [*Textus in Schemate propositus*]

[*Textus a Commissione emendatus*]

38. [*Lectiones in Missa*]. Ut fidelibus cum mensa eucharistica etiam ditior mensa verbi Dei paretur,<sup>3</sup> thesauri biblici largius aperiantur,<sup>4</sup> ita ut, decursu plurium annorum, praestantior pars Scripturarum sanctarum populo praelegatur.<sup>5</sup>

51. *Quo* ditior mensa verbi Dei paretur fidelibus, thesauri biblici largius aperiantur,<sup>9</sup> ita ut, *intra praestitutum annorum spatium*, praestantior pars Scripturarum Sanctarum populo *legatur*.<sup>10</sup>

<sup>3</sup> Cf. *De imitatione Christi*, IV, 11.

<sup>4</sup> Cf. PIUS XII, Litt. Encycl. *Divino afflante Spiritu*, 30 sept. 1943: AAS 35 (1943) p. 324.

<sup>5</sup> Cf. *Acta et Documenta*, l. c. pp. 264-270.

<sup>9</sup> Cf. PIUS XII, Litt. Encycl. *Divino afflante Spiritu*, 30 sept. 1943: AAS 35 (1943) p. 324.

<sup>10</sup> Cf. *Acta et Documenta*, cit., Appendix vol. II pars II, pp. 264-270.

4. Most Rev. Jesús Enciso Viana, bishop of Mallorca, Spain

(AS II/2, pp. 290-308)

[RELATIO CIRCA EMENDATIONES PROPOSITAS]

[*Textus typis impressus:*]

DE ART. 38, NUNC 51

[p. 301] Difficultates vere paucae, quae huic articulo oppositae sunt (p. 90 n. 1), procedunt ex timore nimis protrahendi Missae celebrationem. Non tamen agitur de multiplicandis lectionibus in eadem Missa, sed de maiori varietate lectionum per annum vel per annos obtinenda. Et ne expressio « plurium annorum » videatur periodum nimis longam, scripsimus « *intra praestitutum annorum spatium* ».

Verba « cum mensa eucharistica etiam » (l. 21) ommissa sunt, ne ideam de duplici mensa iteraremur.

**General Congregation LXXI, 20 Nov 1963**  
(AS II/5, pp. 573-631)

3. Most Rev. Jesús Enciso Viana, bishop of Mallorca, Spain

(AS II/5, pp. 580-596)

[p. 583] AD ARTICULUM 51

(*De lectionibus*)

13 – Non placet articulus (*1 Pater*).

R. – Sed est unicum votum.

14 – Male sonat dicere « pars praestantior Scripturarum » (*1 Pater*).

R. – Omnia quidem verba S. Scripturae sunt verbum Dei, et ideo praestantissima; attamen aliquae partes praestantiores sunt sive ex ipsa menta hagiographorum, sive ex illustratione a Novo Testamento facta, sive ex traditione Ecclesiae. Conferantur, ex. gr., praecepta ceremonialia Levitici et Epistolae S. Pauli.

- 15 – Ubi id opportunum videbitur, fieri possit synaxis evangelica sine Eucharistia  
(1 *Pater*).  
R. – Iam provisum est utilitati fidelium per art. 35 n. 4, ubi de verbi Dei celebrationis.

H. E. Grégoire-Pierre XV Cardinal Agagianian (moderator), and (AS II/5, p. 631)  
Most Rev. Pericle Felici, titular archbishop of Samosata (gen. secretary)

*Moderator:* Exc.mus secretarius generalis nunc communicabit exitum suffragationis  
ultimae peractae.

*Secretarius generalis:* Super integrum cap. II schematis *de sacra Liturgia*:

Praesentes votantes:	2.152
Dixerunt <i>placet</i> :	2.112
<i>non placet</i> :	40

Ergo cap. II a Patribus probatum est. [*Plausus*].

## INTERVENTIONS REGARDING *SACROSANCTUM CONCILIUM 24*

**General Congregation IV, 22 Oct 1962**  
(*ASI/1*, pp. 259-339)

1. Schema constitutionis de sacra Liturgia (n. 19)<sup>a</sup>

(*AS I/1*, pp. 262-303)

[p. 270] 19. [*De mente biblica in instauratione liturgica inculcanda*]. Maximum est sacrae Scripturae momentum in Liturgia celebranda. Ex ea enim lectiones leguntur et in homilia explicantur, atque ex eius afflatu instinctuque preces, orationes et carmina liturgica effusa sunt ex et ea significationem suam actiones et signa accipiunt. Unde ad procuranda sacrae Liturgiae instaurationem, progressum et aptationem, oportet ut promoveatur ille suavis et vivus sacrae Scripturae affectus, quem testatur venerabilis rituum cum orientalium tum occidentalium traditio.

19. [*The biblical mentality to be impressed on the liturgical renewal*]. Sacred scripture is of the greatest importance in the celebration of the liturgy. For it is from scripture that lessons are read and explained in the homily; the prayers, collects, and liturgical songs are scriptural in their inspiration and their force, and it is from the scriptures that actions and signs derive their meaning. Thus to achieve the restoration, progress, and adaptation of the sacred liturgy, it is essential to promote that warm and living love for scripture to which the venerable tradition of both eastern and western rites gives testimony.

**General Congregation VIII, 27 Oct 1962**  
(*ASI/1*, pp. 493-556)

8. Most Rev. Henri Jenny, titular bishop of Lycaonia, auxiliary bishop of Cambrai, France

(*AS I/1*, pp. 512-514)

[p. 513] 5. Pag. 165, n. 19: de mente biblica.

Rogo ut addentur: « declaratio », vel Patribus mittatur declaratio, quae pro explanando textu parata est at ad commissionem centalem proposita...<sup>12</sup>

Non possumus Liturgiam renovare sine intelligentia et amore Scripturae. Liturgia est enim quodammodo Biblia ipsa semper in actu; per Liturgiam Ecclesia denuo verba Dei audit, facta salutis annuntiat, Christum profitetur Dominum et in adventum Domini homines ducit.

Haec est ratio cur stylo concreto et biblico usi sunt qui exararunt hunc textum. Dicunt quidem poeticum esse stylum. Si poeticus est, universa Biblia poetica est, quia facta historica concreta de Iesu Christo narrat, et de populo Dei, qui noster est.

De hoc stylo addo verba alia. Dicunt aliqui hunc stylum non esse conciliarem, non esse pro Concilio. Stylus est priorum Conciliorum. Patres venerabiles et sapientes, humiliter rogo vos ut attente vigiletis, ne sub specie verae doctrinae et verborum proprietatis, ille dicendi modus quem multos ut pulchrum laudasse audivimus, et toto transvertatur. In nostro casu stylus menti et sensui concordat. Experto, velitis credere Roberto! Si mutatur textus, mutabitur mens et sensus. Quomodo non esset conciliaris hic modus dicendi qui ex Evangelio et Sancto Paulo venit? Haec est lingua Patrum et Scripturae. In nostris temporibus veritatem non in doctis et quasi extraneis verbis proponamus. Proponere [p. 514] debemus, sed ducamus ad hunc fontem aquae vivae quae fluxit a Scriptura. Haec est divina Sapientia. Sicut Apostoli in primitivo Ecclesiae tempore, testimonium Resurrectionis clamare, praedicare debemus...<sup>17</sup> Unus est qui

<sup>a</sup> English translation slightly adapted from the official Vatican English translation of *SC*.

mortem superavit, unus qui resurrexit, qui venit ut vitam habeant et abundantius habeant...<sup>19</sup>  
Coram mundo universo, per Liturgiam renovatum, poterimus Pascha annuntiare, et per  
mysterium paschale, de Christo glorioso semper vivere.

[p. 514, *In textu scripto tradito*] <sup>12</sup> Melius esset ut textus ipse abundantius loquatur de Scriptura Sacra, et non solum de verbis in ea contentis, sed praesertim de factis quae per Bibliam ad nos annuntiantur de mirabilibus Dei, quae ipse patravit pro salute mundi. [...]

<sup>17</sup> Omnes homines moriuntur, iam morti sunt, sed et vivere volunt. Et Deus vult ut vivant homines. [...]

<sup>19</sup> Christus heri et hodie, ipse et in saecula.

24. Most Rev. Gerardus Vielmo, titular bishop of Ariassus, (AS I/1, pp. 552-555)  
apostolic vicar of Aysén, Chile

[p. 555, *In textu scripto tradito*] Ad art. III, n. 19 (p. 165) (De mente biblica in instauratione liturgica inculcanda). Post hunc numerum addi posset alius numerus vel saltem animadversio de momento atque usus cantus gregoriani et musicae sacrae, hoc sensu quod, si in librorum liturgicorum instauratione quaedam mutanda vel supprimenda erunt, curetur ut loci liturgici, quos mirabiles compositiones gregorianae aut musicae sacrae clarissimos reddiderunt, non omnino e medio tollantur, sed serventur pro solemnioribus Missis, scilicet pontificalibus, monasticis, conventualibus: secus liturgia, sub artis respectu, valoris detrimentum pateretur. Si autem nec in praedictis Missis servari possent, saltem in functionibus extra liturgicis essent adhuc adhibendi.

**Animadversiones Scriptae Exhibitae,  
quoad prooemium et cap. I schematis de s. Liturgia  
(AS I/1, pp. 607-664)**

4. H.E. Raúl Cardinal Silva Henríquez, archbishop of (AS I/1, pp. 609-612)  
Santiago de Chile, Chile

[p. 611] § 19: Pag. 165, lin. 17: Ad verbum « significationem » addatur « salutarem ». Ratio: Quamvis quaedam signa aliunde desumpta sint, tamen vis significationis liturgicae quae ad historiam salutis respicit, nonnisi ex S. Scripturis depromitur.

30. Most Rev. Sergius Méndez Arceo, (AS I/1, pp. 638-641)  
bishop of Cuernavaca, Mexico

[p. 640] § 19: pag. 165, lin. 17: Ad verbum « significationem » addatur « salutarem ». Ratio: Quamvis quaedam signa aliunde desumpta sint, tamen vis significationis liturgicae quae ad historiam salutis respicit, nonnisi ex S. Scripturis depromitur.

**General Congregation XXXIV, 5 Dec 1962  
(ASI/4, pp. 265-316)**

2. Textus Schematis

(AS I/4, pp. 268-277)

[p. 270] [*Textus in Schemate propositus*]

[*Textus a Commissione emendatus*]

19. [*De mente biblica in instauratione liturgica inculcanda*]. Maximum est sacrae Scripturae momentum in Liturgia celebranda. Ex ea enim lectiones leguntur et in homilia explicantur, atque ex eius afflatu instinctuque preces, orationes et carmina liturgica effusa sunt ex et ea significationem suam actiones et signa accipiunt. Unde ad procuranda sacrae Liturgiae instaurationem, progressum et aptationem, oportet ut promoveatur ille suavis et vivus sacrae Scripturae affectus, quem testatur venerabilis rituum cum orientalium tum occidentalium traditio.

24. Maximum est sacrae Scripturae momentum in Liturgia celebranda. Ex ea enim lectiones leguntur et in homilia explicantur, *psalmi canuntur*, atque ex eius afflatu instinctuque preces, orationes et carmina liturgica effusa sunt ex et ea significationem suam actiones et signa accipiunt. Unde ad procuranda sacrae Liturgiae instaurationem, progressum et aptationem, oportet ut promoveatur ille suavis et vivus sacrae Scripturae affectus, quem testatur venerabilis rituum cum orientalium tum occidentalium traditio.

<sup>3</sup> Cf. *De imitatione Christi*, IV, 11.

<sup>4</sup> Cf. PIUS XII, Litt. Encycl. *Divino afflante Spiritu*, 30 sept. 1943: AAS 35 (1943) p. 324.

<sup>5</sup> Cf. *Acta et Documenta*, l. c. pp. 264-270.

<sup>9</sup> Cf. PIUS XII, Litt. Encycl. *Divino afflante Spiritu*, 30 sept. 1943: AAS 35 (1943) p. 324.

<sup>10</sup> Cf. *Acta et Documenta*, cit., Appendix vol. II pars II, pp. 264-270.

[...] [p. 275] EXCERPTA ex « Declarationibus » additis Schemati a Commissione Praeparatoria parato, quae afferuntur ad meliorem intelligentiam quorundam articulorum

AD ART. 19 SCHEMATIS: [DECLARATIO]. Non omnis instaurationis vel aptationis liturgicae commendari potest, sed ea tantum quae mentem sacrarum Bibliorum sapiat. Et non sufficit plures quam antea Scripturae textus legi, sed oportet totam celebrationem liturgicam recta et iucunda verbi Dei meditatione imbui. Unde optandum est ut e liturgicis libris tollantur illi sacrae Scripturae loci, qui interdum indebite usurpantur; ut serventur et colantur preces et cantus ex Scriptura desumpti vel eius instinctu effusi, neque introducantur qui ab ea dissonent. Exempla sunt illa optima carmina, troparia, responsoria, hymni, antiphonae, quae post tot saecula orantes laetificant, quod non aequè dici posset de nonnullis aliis liturgicis officiis.

3. Relatio: Most Rev. Karel Justinus Calewaert,  
bishop of Gent, Belgium

(AS I/4, pp. 278-290)

[p. 281] *Numerus olim 19, qui nunc fit 24.*

Tres emendationes erant expendendae de hoc articulo.

1. Libentur et ut necessario accepimus additionem in lineam 33 inserendum, id est « psalmi canuntur », quae ex oblivione deerat in schemate.

2. Unus Patrum addere postulabat quae sequuntur: « textus biblici accurate seligantur oportet, quo facilius perquiratur et efficacius promoveatur ille affectus etc. ». Nos vero censuimus iam de hoc provisum esse in diversis aliis articulis schematis.



3. Tandem unus ex Patribus questus est quod *Declaratio*, quae hunc articulum olim comitabatur, in schemate non iam legitur. Unde censuimus hanc declarationem esse typis mandandam et vobis eam in Appendice proponimus, ut illustretur mens articuli. Sed quoad summam in textu articuli iam omnia dicuntur.

**Animadversiones quoad schema de Sacra  
Liturgia post primam Concilii periodum  
a Patribus scripto exhibitae (AS II/5, pp. 837-873)**

4. Most Rev. Garabed Amadouni, titular bishop  
of Amathus in Cypro

(AS II/5, pp. 843-845)

[p. 844] *Nn. 21-40, textus emendati.* « De sacrae Liturgiae instauratione ». Licet principium enuntiatum sub n. 21 aequae valeat pro omnibus ritibus, attamen *hic et nunc*, [p. 845] donec maior pars christianorum Ecclesiarum Orientis manet in separatione ab unitate catholica, illud principium non habet applicationem suam pro ritibus orientis.

Et hoc deberet affirmari clare ut ambiguitas evitetur.

Nunc examinemus normas generales sub litteris A-D.

Normae indicatae sub littera A) praesertim illae quae sunt sub nn. 23-24, in se optime, non sunt applicabiles pro ritibus orientalibus, excepta norma quae figurat sub n. 25, et cum aliqua emendatione art. 22. Emendatio facienda est sequens: « ...quae quidem est apud Apostolicam Sedem et ad normam iuris apud *patriarcham* et episcopum ». Pro occidente episcopus, sed pro oriente prius est patriarcha.

[...] Facta hac distributione, habemus hanc tabellam:

*Pro ritu romano et orientis*

*Pro solo romano et latinis*

NN.	5-13;	21-24;
	14-20;	33-36;
	22-25;	37-40;
	26-32;	43-46.
	41-42.	

Cum agatur de constitutione promulganda a Concilio Oecumenico, nonne melius est disponere principia et normas ita ut prius ponantur dispositiones quae extenduntur toti *Ecclesiae catholicae* ut tali, et deinde dispositiones quae afficiunt Ecclesiam occidentis?

Momentum talis dispositionis erit *a)* evitare omnem ambiguitatem pro ritibus orientis; *b)* ponere in lucem puncta ubi occidens et oriens uniuntur, etiam in re liturgica; ideo dare etiam mundo christiano argumentum novum catholicitatis Ecclesiae Christi; *c)* demonstrare characterem oecumenicum huius Concilii.

Puto quod hae sunt rationes sat solidae ut talis emendatio *quoad dispositionem materialem* tantum conceptuum, exsequi possit, meo humuli iudicio.

## INTERVENTIONS REGARDING *SACROSANCTUM CONCILIUM 35*

**General Congregation IV, 22 Oct 1962**  
(*ASI/1*, pp. 259-339)

### 1. Schema constitutionis de sacra Liturgia (n. 25)<sup>a</sup>

(*AS I/1*, pp. 262-303)

[p. 272] 25. [*Lectio sacrae Scripturae, praedicationis et catechesis liturgicae*]. Ut clare appereat in Liturgia ritum et verbum intime coniungi:

1) In celebrationibus sacris abundantior, varior et aptior lectio sacrae Scripturae instauretur.

2) Locus aptior sermonis, utpote partis actionis liturgicae, prout ritus patitur, etiam in rubricis notetur; et fidelissime ac rite adimpleatur ministerium praedicationis. Haec vero imprimis ex fonte sacrae Scripturae et Liturgiae hauriatur, quasi annuntiatio mirabilium Dei in historia salutis seu mysterio Christi, quod in nobis praesens semper adest et operatur,<sup>47</sup> praesertim in celebrationibus liturgicis.

3) Etiam catechesis directius liturgica omnibus modis inculcetur; et in ipsis ritibus, si necessariae sint, breves admonitiones, a sacerdote vel competenti ministro, opportunioribus tantum momentis, praescriptis vel similibus verbis, dicendae, praevideantur.

25. [*Reading from sacred Scripture, proclamation and liturgical catechesis*] That the intimate connection between words and rites may be apparent in the liturgy:

1) In sacred celebrations there is to be more reading from holy scripture, and it is to be more varied and suitable.

2) Because the sermon is part of the liturgical service, the best place for it is to be indicated even in the rubrics, as far as the nature of the rite will allow; the ministry of preaching is to be fulfilled with exactitude and fidelity. The sermon, moreover, should draw its content mainly from scriptural and liturgical sources, and its character should be that of a proclamation of God's wonderful works in the history of salvation, the mystery of Christ, ever made present and active within us,<sup>47</sup> especially in the celebration of the liturgy.

3) Instruction which is more explicitly liturgical should also be given in a variety of ways; if necessary, short directives to be spoken by the priest or proper minister should be provided within the rites themselves. But they should occur only at the more suitable moments, and be in prescribed or similar words.

<sup>47</sup> Cf. Pius XII, Litt. Encyc. *Mediator Dei*: AAS 39 (1947) p. 580.

### 4. H.E. Giovanni Cardinal Montini, archbishop of Milan, Italy

(*AS I/1*, pp. 313-316)

[p. 315, *In textu scripto tradito*] Quoad schema constitutionis de S. Liturgia haec mihi videntur peculiari ratione animadvertenda: [p. 316] pag. 167, par. 25: Una conficiatur S. Scripturae authentica versio in singulos sermones vulgares, qua omnes uti debeant sive in liturgicis ritibus sive in catechesi tradenda.

<sup>a</sup> English translation slightly adapted from the official Vatican English translation of *SC*.

**General Congregation V, 23 Oct 1962**  
(ASI/1, pp. 343-380)

16. H.E. Michael Cardinal Browne, O.P.

(AS I/1, pp. 376-377)

[p. 377] Item in eodem cap. I, pag. 167, lin. 26 et 27: de praedicatione in sacra Liturgia; et de praedicatione dicitur: « Haec vero imprimis ex fonte Sacrae Scripturae et Liturgiae hauriatur ». Puto quod bonum esset inserere: « Haec vero, *praeunte divino Ecclesiae magisterio*, imprimis ex fonte Sacrae Scripturae et Liturgiae, etc. ».

**General Congregation VIII, 27 Oct 1962**  
(ASI/1, pp. 493-556)

16. Most Rev. Henry Jenny, titular bishop of Lacaonia,  
auxiliary bishop of Cambrai, France

(AS I/1, pp. 512-514)

[p. 514] 6. Pag. 167, n. 25. Proponere vellem aliquid addendum de catechesi. Non solum de catechesi liturgica quae fit in actu ipso liturgico, sed de catechesi tota quae, ...<sup>22</sup> proh dolor, adhuc abstracta et ...<sup>23</sup> scholaris est. Debet esse catechesis liturgica, id est, « a Liturgia inspirata », in Scripturis fundata, et ad Liturgiam celebrandam ordinata, ita ut viventes in Christo, christiani vere sint, et ita in operibus quotidianis Dei testes atque hominibus fraterna caritate coniuncti *homines*.<sup>24</sup> Dixi.

[In textu scripto tradito:] <sup>22</sup> saepe. <sup>23</sup> pure. <sup>24</sup> deest.

11. Most Rev. Jorge Kémérer, S.V.D.,  
bishop of Posadas, Argentina

(AS I/1, pp. 520-523)

[p. 520] Primo: Schema variis in locis loquitur de necessitate restaurandi liturgiam Verbi. Exempli gratia, quando dicit, pag. 161, art. 5, lin. 13, « Antequam homines ad Liturgiam accedere possint, necesse est ut ad fidem [p. 521] et conversionem vocentur », et citantur verba S. Pauli « Quomodo invocabunt corporis Domini reficiantur », et iterum, « Fidelibus cum mensa eucharistica, etiam ditior mensa verbi paretur ». Ideo propono ut ad n. 25, pag. 167, inter paragraphum secundam et tertiam sequens paragraphus addatur:

« Specialis Liturgia Verbi, qua talis, restauretur pro solemnioribus vigiliis et feriis atque pro dominicis et festis. Haec Liturgia Verbi Dei maximi momenti est pro illis locis qui sacerdote carent, quippe cum Diaconus, si habebitur, vel etiam vir laicus ab episcopo delegatus, illam agere possit ».

*Ratio additionis:* Huiusmodi Liturgia Verbi antiquitus habebatur et medium erat efficax, quodammodo unicum, docendi fideles. Hodie in multis locis, praesertim in Missionibus et in America meridionali, pauci sunt sacerdotes, et ita fit, ut christifideles rarissime, immo per annos, nihil audiant de Deo et de fine ac salute hominis.<sup>6</sup>

[...] [p. 522] [In textu scripto tradito:] <sup>6</sup> [inde ab « ad n. 25, pag. 167 » subsignati etiam] Wilhelm van Bekkum, ep. Ruteng; A. Thyssen, ep. Larantukanus; F. Simons, ep. Indorensis; Henricus Muhn, ep. Jujuyensis.

11. Most Rev. Alberto Devoto, bishop of Goya, Argentina

(AS I/1, pp. 523-525)

[p. 525] [*In textu scripto tradito:*] [*Animadversiones additae:*] Pag. 167, ad n. 25: Placet iuxta modum, scilicet: Inter paragraphum 2 et 3 hoc aliud paragraphum addatur: « Liturgica celebratio verbi Dei per se ipsa restauret, praesertim pro vigiliis sollemnum festorum, pro aliquibus feriis adventus et quadragesimae. Insuper pro dominicis et diebus festivis iis in locis, quae sacerdote carent, quo in casu a diacono vel ab alio delegato episcopi praesidenda est. »

*Ratio* additionis: Haec « Celebratio Verbi », in suo naturali ambitu qui Liturgia est, cum antiquiore traditione concordat et medium valde efficacissimum est ad cognitionem et appreciationem Verbi Dei in fidelibus excitandam. Ex alia parte Concilium prae oculis habere debet, in pluribus regionibus ruralibus, saltem Americae Meridionalis, fideles sacerdotibus carere, ita ut frequentur per plures manses, et in casibus etiam per annum, Verbum Dei nullo modo audiant.

**Animadversiones Scriptae Exhibitae,  
quoad prooemium et cap. I schematis de s. Liturgia  
(AS I/1, pp. 607-664)**

41. Very Rev. Agostino S epinski, O.F.M.,  
minister general of the Friars Minor

(AS I/1, pp. 655-656)

[p. 656] Pag. 167, linn. 34-36 [i.e. schema no. 25.3]: textus clarior reddatur.

**General Congregation XXXIV, 5 Dec 1962  
(AS I/4, pp. 265-316)**

2. Textus Schematis

(AS I/4, pp. 268-277)

[p. 272] [*Textus in Schemate propositus*]

[*Textus a Commissione emendatus*]

25. [*Lectio sacrae Scripturae, praedicatio et catechesis liturgica*]. Ut clare appareat in Liturgia ritum et verbum intime coniungi:

1) In celebrationibus sacris abundantior, varior et aptior lectio sacrae Scripturae instauretur.

2) Locus aptior sermonis, utpote partis actionis liturgicae, prout ritus patitur, etiam in rubricis notetur; et fidelissime ac rite adimpleatur [p. 273] ministerium praedicationis. Haec vero imprimis ex fonte sacrae Scripturae et Liturgiae hauriatur, quasi annuntiatio mirabilium Dei in historia salutis seu mysterio Christi, quod in nobis praesens semper adest et operatur,<sup>47</sup> praesertim in celebrationibus liturgicis.

3) Etiam catechesis directius liturgica omnibus modis inculcetur; et in ipsis ritibus, si necessariae sint, breves admonitiones, a sacerdote vel competenti ministro, opportunioribus tantum momentis, praescriptis vel similibus verbis, dicendae, praevideantur.

35. Ut clare appareat in Liturgia ritum et verbum intime coniungi:

1) In celebrationibus sacris abundantior, varior et aptior lectio sacrae Scripturae instauretur.

2) Locus aptior sermonis, utpote partis actionis liturgicae, prout ritus patitur, etiam in rubricis notetur; et fidelissime ac rite adimpleatur ministerium praedicationis. Haec vero imprimis ex fonte sacrae Scripturae et Liturgiae hauriatur, quasi annuntiatio mirabilium Dei in historia salutis seu mysterio Christi, quod in nobis praesens semper adest et operatur,<sup>51</sup> praesertim in celebrationibus liturgicis.

3) Etiam catechesis directius liturgica omnibus modis inculcetur; et in ipsis ritibus, si necessariae sint, breves admonitiones, a sacerdote vel competenti ministro, opportunioribus tantum momentis, praescriptis vel similibus verbis, dicendae, praevideantur.

4) FOVEATUR SACRA VERBI DEI CELEBRATIO<sup>52</sup> IN SOLEMNIORUM FESTORUM PERVIGILIIS, IN ALIQUIBUS FERIIS ADVENTUS ET QUADRAGESIMAE, ATQUE IN DOMINICIS ET DIEBUS FESTIS, MAXIME IN LOCIS QUAE SACERDOTE CARENT: QUO IN CASU CELEBRATIONEM DIACONUS VEL ALIUS AB EPISCOPO DELEGATUS DIRIGAT.

<sup>47</sup> Cf. Pius XII, Litt. Encyc. *Mediator Dei*: AAS 39 (1947) p. 580.

<sup>51</sup> Cf. Pius XII, Litt. Encyc. *Mediator Dei*: AAS 39 (1947) p. 580.

<sup>52</sup> Cf. S. RITUUM C., Resp. diei 29 martii 1958, *Toletan.*; *Synodus Romana* 1960, n. 559.

[...] [p. 276] [EXCERPTA ex « Declarationibus » additis Schemati a Commissione Praeparatoria parato, quae afferuntur ad meliorem intelligentiam quorundam articulorum]

AD ART. 25 SCHEMATIS: [DECLARATIO]. 1. *Abundantior lectio sacrae Scripturae.* —Recentiora studia exegetica, historica, pastoralia satis superque ostendunt ipsam celebrationem liturgicam esse locum connaturalem et primarium in quo Ecclesia verbum Dei fidelibus annuntiare et fideles illud auscultare debent, et esse simul optimum ambitum ad rectum intellectum christianum Scripturae. Multi nostri aevi christiani de facto verbum Dei audire non possunt nisi in sola actione liturgica.

Accedit ratio desumpta ex relationibus cum christianis seperatis. Anglicani et Protestantes exprobare solent catholicis ignorantium sacrae Scripturae et mirari in Liturgia romana quendam adesse quasi defectum proportionis inter elementum sacramentale et elementum scripturale proclamationis et praedicationis verbi Dei.

2. *Connexio sermonis cum actione liturgica.* —In hoc numero inculcatur: praedicationem, magis quam hodie fieri soleat, considerandam esse uti partem connaturalem praecipuorum rituum liturgicorum.

Tangitur deinde quaestio de oiecto praedicationis, et dicitur illud hauriri debere ex Scriptura et ex Liturgia, et ideo annuntiare praeprius mysterium Christi sive historiam salutis in Christo ut aliquid semper in actu et ad nos semper spectans. Hoc tamen minime significat praedicationem debere semper tractare directe schema de creatione, elevatione, lapsu, praeparatione Redemptionis in VT, de Christo et Ecclesia et eschatologia, et non posse fieri de aliis quaestionibus dogmaticis et moralibus. Nam praedicatio, pro utilitate et necessitate audientium, potest et debet tangere omnia quae pertinent ad dogma, ad theologiam moralem, ad fideles instruendos, exhortandos, commonendos, ab erroribus periculisque tuendos. Sed dicitur praedicationem numquam oblivisci debere haec omnia ultimo induci ad annuntianda, admiranda laudanda opera Dei in historia nostrae salutis in Christo semper pro nobis in actu, praeprius in ipsis celebrationibus liturgicis. Nam in Liturgia praedicatio est pars ritus sacri. Debet ergo disponere ad plenam participationem ipsius ritus; et ideo ad melius conceptualiter et praesertim vitaliter percipiendam ipsam rem sacram, quae ibi continetur, et hoc sub aspectu quo ibi continetur, ad mentam ipsius Liturgiae quae, quoad essentiam rei, a mente Scripturae non differt.

3. *Catechesis directius liturgica.* — Hac expressione intellegitur explicatio directo ipsius Liturgiae, quae saepius omnino fieri debet et, hic inde, fieri etiam potest in ipsa praedicatione liturgica.

Generatim vitandum est ut ritus multis explicationibus indigeant ut intellegantur. Tamen in traditione liturgica notae sunt quandoque admonitiones didactico-exhortativae, ipsi ritui insertae, a ministro ad fideles dirigendae.

3. Relatio: Most Rev. Karel Justinus Calewaert,  
bishop of Gent, Belgium

(AS I/4, pp. 278-290)

[p. 285] *Numerus 25, qui nunc fit 35.*

De unica versione sacrorum Bibliorum pro unaquaque lingua obtinenda, ut recta optavit quidem ex Patribus, nobis remittendum ad schema de Verbo Dei videtur.

Alius vero de hoc numero questus est, utpote qui homiliam esse partem necessariam actionis liturgicae statuat; sed textus in schemate exhibitus nihil facit nisi ius iam in *Caeremoniali episcoporum* assertum, et in novo Rubricarum codice necnon in novo *Ritu servando in celebratione Missae* innovatum repetere.

Omnes emendationes, quae ad id tendebant ut de praedicatione plura dicerentur, nobis visae sunt ad schema de disciplina cleri remittendae.

Rursus vero magni fecimus additionem a duobus propositam, quam inseruimus ut quartam paragraphum ad hunc numerum, et quae sic sonat:

« 4) *Foveatur sacra Verbi Dei celebratio in solemniorum festorum pervigiliis, in aliquibus feriis Adventus et Quadragesimae, atque in dominicis et diebus festis, maxime in locis quae sacerdote carent: quo in casu celebrationem diaconus vel alius ab Episcopo delegatus dirigat.* »

Hic textus revocat, saltem quoad sensum, responsam a S. R. Congregatione datum archiepiscopo Toletano anno 1958 et articulum 559 Synodi Romanae anni 1960.

**Animadversiones quoad schema de Sacra  
Liturgia post primam Concilii periodum  
a Patribus scripto exhibitae (AS II/5, pp. 837-873)**

4. Most Rev. Garabed Amadouni, titular bishop  
of Amathus in Cypro<sup>a</sup>

(AS II/5, pp. 843-845)

[p. 844] *Nn. 21-40, textus emendati.* « De sacrae Liturgiae instauratione ». Licet principium enuntiatum sub n. 21 aequae valeat pro omnibus ritibus, attamen *hic et nunc*, [p. 845] donec maior pars christianorum Ecclesiarum Orientis manet in separatione ab unitate catholica, illud principium non habet applicationem suam pro ritibus orientis.

Et hoc deberet affirmari clare ut ambiguitas evitetur.

Nunc examinemus normas generales sub litteris A-D.

[...] Normae sub littera C) n. 33, non convenit; item n. 34, pro *hic et nunc*, non applicatur. Idem dicendum de norma sub n. 35 et 36. Quia inducunt mutationem et innovationes in ritum, quod adversatur causae unitatis in oriente.

[...] Facta hac distributione, habemus hanc tabellam:

*Pro ritu romano et orientis*

*Pro solo romano et latinis*

NN.	5-13;	21-24;
	14-20;	33-36;
	22-25;	37-40;
	26-32;	43-46.
	41-42.	

<sup>a</sup> Cf. p. 17 above for the remainder of the text occurring after the table.

4. Most Rev. Vicente Enrique y Tarancón,  
bishop of Solsona, Spain

(AS II/5, pp. 854-855)

[p. 855] N. 35, 4). Haec « sacra verbi celebratio » de qua agitur mihi placet quoad rem, minime vero quoad nomen, quia apud fideles significatio huius vocis « *celebratio* » quamdam confusionem gignere possunt. Melius fortasse diceretur: « Actio paraliturgica » vel « Ritus Verbi ».

**General Congregation LXIX, 18 Nov 1963**  
(AS II/5, 405-545)

3. Relatio: Most. Rev. Joseph Albertus Martin, bishop of  
Nicolet, Québec, Canada, member of the Conciliar  
Commission for the Sacred Liturgy

(AS II/5, pp. 510-526)

[p. 525] AD ARTICULUM 35 § 4

42 – Deleatur paragraphus quarta (1 *Pater*).

R. – At est addita approbante sacro Concilio (cf. Emend. 8).

43 – Pag. 36, linea 14, loco « sacra Verbi Dei celebratio », dicatur « Actio paraliturgica » vel « Ritus Verbi », quia apud fideles significatio huius vocis « *celebratio* » quamdam confusionem gignere potest (1 *Pater*).

R. – Locutio « Actio paraliturgica » numquam accepta est in iure liturgico, immo sermoni latino repugnat; « Ritus Verbi » adhuc magis repugnat.

44 – Pag. 36, linea 17, deleatur vocabulum « diaconus » de quo fit mentio specialis pro quibusdam celebrationis, quia haec videtur esse nova institutio, a Concilio nondum approbata (1 *Pater*).

R. – At iam in Rituali et in Codice Iuris Canonici de officio liturgico diaconi plura habentur, nedum disciplinam antiquam inspiciamus.

H. E. Grégoire-Pierre XV Cardinal Agagianian (moderator), and  
Most Rev. Pericle Felici, titular archbishop of Samosata (gen. secretary)

(AS II/5, p. 545)

*Moderator.* Exc.mus secretarius generalis communicabit nunc exitum suffragationis hodie peractae circa modum in prooemium et cap. I *de sacra Liturgia*.

*Secretarius generalis:* Circa prooemium et cap. I schematis *de sacra Liturgia*:

Praesentes votantes:	2.090
Dixerunt <i>placet</i> :	2.066
<i>non placet</i> :	40
<i>placet iuxta modum</i> (pro hac vice, nullum)	1
Suffragia nulla	3

Ergo prooemium et cap. I iterum probatum est.